

CATALOGO DE LAS DEFINICIONES.

PARTE PRIMERA.

Teología moral christiana: est scientia de moribus agens in ordine ad honestatem, eò hominem dirigens, ut assequi possit Deum ultimum finem supernaturalem.

Voluntario: est quod provenit ab intrinseco cum prævia cognitione finis.

Voluntario necessario: est quod provenit à voluntate sine potestate ad oppositum.

Voluntario libre: est quod provenit à voluntate cum indifferentia potestatis ad utrumque.

Involuntario: est quod provenit ab extrinseco contra inclinationem subjecti, vel si ab intrinseco, sine cognitione finis.

Violento: est illud, quod est à principio extrinseco, passo nihil confrente.

Miedo: est apprehensio mali, verosimiliter eventuri.

Miedo grave: est apprehensio mali gravis, verosimiliter eventuri.

Miedo leve: est apprehensio mali levis, verosimiliter eventuri;

vel si malum est grave, timetur inverosimiliter.

Ignorancia: est carentia scientiæ in subjecto apto, nato ad illam habendam.

Concupiscencia antecedente: est passio, quæ vel ex qualitate corporis, vel ex apprehensione seu imaginatione sensibilis objecti oritur in appetitu sensitivo, præveniens omnem omnino rationis usum, et voluntatis determinationem.

Concupiscencia consequente: est passio, quam in eodem appetitu sensitivo voluntas excitat: aut enatam fovet, ut ipsa promptius, & ardentius in objectum delectabile feratur.

Moralidad: est dirigibilitas, quam actus humanus habet per respectum ad regulas morum.

Bondad de los actos humanos: est integritas, seu aggregatio eorum omnium, quæ actui humano secundum rectam rationem convenire debent.

Malicia: est defectus omnium, vel saltem alicujus eorum, quæ actui humano secundum rationem

nem convenire debent.

Mérito: est actus laudabilis, exigens aliquo modo collationem præmii.

Conciencia: est iudicium practicum intellectus, seu dictamen rationis dictans quid hic & nunc à nobis agendum, vel omittendum sit.

Conciencia recta: est iudicium practicum intellectus, dictans bonum ut bonum, & malum ut malum.

Conciencia errónea: est iudicium practicum intellectus, seu dictamen rationis, dictans bonum ut malum, & malum ut bonum, vel rem aliter quam est.

Conciencia dudosa: est suspensio intellectus circa bonitatem, vel malitiam actus.

Duda positiva: est suspensio intellectus circa utramque partem contradictionis, stante iudicio probabili pro utraque parte contradictionis.

Duda negativa: est suspensio intellectus circa utramque partem contradictionis, non stante motivo, aut iudicio pro utraque parte contradictionis.

Conciencia probable: est iudicium practicum intellectus, quo quis ex gravi, licet non penitus certo fundamento, assentitur, & adhæret determinatè uni parti, sed cum formidine partis oppositæ.

Conciencia practice probables: est dictamen practicum rationis,
Tomo II.

de las definiciones.

dictans ex fundamentis gravibus operationem licitam, vel illicitam hic & nunc.

Conciencia speculative probabile: est dictamen rationis, dictans in communi & fundamentis gravibus operationem licitam, vel illicitam, abstrahendo à circumstantiis.

Opinion probable: est assensus unius partis cum formidine partis oppositæ.

Conciencia escrupulosa: est inanis apprehensio ex levibus fundamentis orta, putans alicubi esse peccatum, ubi re vera non est.

Ley en comun: est ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam habet communitatis, promulgata.

Ley eterna: est ratio divinæ Sapientiæ, quatenus est directiva omnium actionum creaturarum.

Ley natural: est iudicium rectum, & naturale rationis, quo per lumen à Deo, vel æterna lege, nobis impressum, cognoscimus quid faciendum, vel omitendum sit.

Ley positiva: est illa, quæ ex libera legislatoris voluntate imposta est, & pendet.

Precepto: est specialis ordinatio facta à superiore.

Pecado en comun: est voluntarium dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei æternam mediatè, vel immediatè.

Pecado original: est peccatum

primi parentis in posteros per virtutem seminalem transfusum.

Pecado personal: est quod peccantis voluntate committitur.

Pecado actual: est ipse actus malus commissus.

Pecado habitual: est macula relicta in anima ex præterita commissione peccati actualis moraliter permanentis.

Pecado de comision: est transgressio præcepti negativi.

Pecado de omision: est transgressio præcepti affirmativi.

Pecado mortal: est libera voluntaria transgressio legis divinæ in re gravi, cum sufficienti advertentia & libertate.

Pecado venial: est libera & voluntaria transgressio legis divinæ in re levi, vel sine sufficienti advertentia & libertate.

Pecado interno: est quod consummatur interius, & non exit ad extra.

Pecado externo: est quod concipitur interius, & exit ad extra.

Pecado de deseo: est actus efficaciæ voluntatis, qui quatenus est ex se, tendit ad dandam existentiam objecto.

Pecado de delectacion: est simplex complacentia de objecto malo cogitato, sine intentione efficaci executionis illius.

Circunstancia: est accidens, quod substantiam actus peccaminosi committitur.

Virtud: est dispositio perfecti ad optimum, seu est qualitas

bene efficiens potentiam hominis ad efficiendam operationem rectæ rationi conformem.

Gracia gratis data: est donum, sive auxilium, quo homo ad justificationem alterius cooperatur.

Prudentia: est recta ratio agibilibus, vel scientia rerum agendarum & vitandarum: seu est virtus, quæ secundum rectam rationem, quid agendum, quid fugiendum homini proponit.

Iustitia: est constans, & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuens.

Fortaleza: est virtus quæ voluntatem inclinât ad labores perferendos, & justa pericula aggrediendi.

Martirio: est tolerantia voluntaria mortis inflictæ in odium fidei, vel alterius virtutis christianæ.

Templanza: est virtus refræmans inordinatos appetitus, & concupiscentias, præsertim circa gustum & tactum.

Abstinencia: est virtus, quæ secundum rectam rationem moderatur appetitum, usumque ciborum oblectantium, insimulque potionum, inebriare non valentium.

Sobriedad: est virtus, quæ secundum rectam rationem moderatur appetitum, usumque potionum, inebriare valentium.

Castidad: est virtus moralis moderans inordinatum appetitum, usumque venereorum.

Pu

Pudicia: est moderantia circa oscula illicita, tactus, & aspectus impudicos, similesque lascivias.

Moderestia: est virtus, qua quis se continet intra limites proprii status & ingenii.

Soberbia: est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ super alios.

Avaricia: est appetitus inordinatus divitiarum.

Luxuria: est vitium inclinans ad venereorum usum inordinatum.

Ira: est appetitus inordinatus vindictæ.

Gula: est inordinatus appetitus cibi & potus.

Embriaguez: est excessus in potu usque ad violentam privationem usus rationis, ejusque potestatis proximæ.

Envidia: est inordinata tristitia de bono alterius, quatenus est propriæ excellentiæ diminutivum.

Pereza: est torpor mentis, bona spiritualia inchoare abhorrentis, & inchoare perficere fastidientis.

PARTE II.

Sacramento en comun: est signum sensibile practicum, ex institutione divina rei sacræ sanctificantis nos.

Intencion formal: est illa qua quis actu intendit aliquid facere.

Virtual: est illa, quæ aliquando fuit actualis, & non est retractata, aut revocata, sed adhuc influit per media in suum effectum.

Habitual: est illa, quæ aliquando fuit actualis, & non est retractata, aut revocata, sed tamen est interrupta, & omnino præterita; ita ut per suam virtutem nullo modo influat in suum effectum.

Gracia: est habitus supernaturalis constituens hominem justum, sanctum & heredem gloriæ.

Sacramentales: sunt remedia quedam ab Ecclesia instituta, quibus solet attribui remissio peccatorum venialium.

Bautismo: est Sacramentum novæ legis institutum à Christo Domino, causativum gratiæ generatiivæ.

Cyacter: est signum spirituale indelebile, quo baptizatus constituitur membrum Christi, subditus Ecclesiæ, & capax ad alia Sacramenta recipienda.

Confirmacion: est Sacramentum novæ legis institutum à Christo Domino, causativum gratiæ corroboratiivæ.

Penitencia en comun: est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere.

Como virtud moral: est virtus supernaturalis, qua dolens de peccato commisso, quatenus est offensa Dei, cum proposito non

peccandi de cætero.

Como virtutè habitual : est habitus supernaturalis, inclinans hominem ad detestandum peccatum, quatenus offensa & injuria Dei est.

Como actual : est detestatio, aut dolor supernaturalis animi de peccato, quatenus est offensa Dei, cum proposito eam delendi, vindicandi, seu compensandi.

Contritio : est detestatio, seu dolor supernaturalis de peccatis commissis propter Deum summè dilectum, cum proposito confitendi, satisfaciendi, & non peccandi de cætero.

Atricio : est dolor supernaturalis de peccatis commissis propter turpitudinem peccati, aut metum inferni, aut amissionem gratiæ, seu gloriæ, cum proposito confitendi, satisfaciendi, & non peccandi de cætero.

Penitentia como Sacramento : est Sacramentum novæ legis remissivum peccatorum post baptismum commissorum, vel in ejus receptione.

Confessio : est accusatio voluntaria de propriis peccatis, facta coram Sacerdote legitimo ad eorum veniam impetrandam virtute clavium.

Satisfactio : est compensatio pœnæ temporalis debitæ pro injuria Deo illata, consistens in operibus pœnalibus à Confessario impositis.

Aprobacion : est authenticum

testimonium Ordinaril de idoneitate Sacerdotis ad confessiones excipiendas.

Jurisdictio : est auctoritas quedam superioritatis super alios in foro conscientie judicandos.

Ordinaria : est illa, quæ est annexa officio, curam animarum habenti.

Subdelegada : est illa, quæ ab habente jurisdictionem ordinariam conceditur.

Sigilo sacramental : est indispenabilis obligatio, qua Confessarius tenetur, occultandi, seu non manifestandi directè, vel indirectè audita in confessione sacramentali in re vel ex parte pœnitentis, quorum revelatio reddit Sacramentum odiosum.

Ocasio remota : est illa, in qua quis positus rarè, aut nunquam peccat.

Ocasio proxima : est illa, in qua quis positus, attentis circumstantiis temporis, loci & personæ, est in periculo morali peccandi.

Voluntaria : est in qua quis pro suo velle est positus.

Involuntaria : est in qua quis, non pro suo velle, est positus.

Reservacion : est limitatio jurisdictionis in aliquod, vel in aliqua peccata absolvenda, facta Sacerdoti.

Penal : est limitatio jurisdictionis facta à Superiore in odium & pœnam alicujus peccati commissi.

Me-

Medicinal : est limitatio jurisdictionis facta à Superiore propter bonum fidellium, vel ob rectam gubernationem alicujus communitatis.

Mixta : est limitatio jurisdictionis facta à Superiore in odium & pœnam peccati, & propter bonum fidellium, aut rectam gubernationem Ecclesiæ.

Solicitacion : est luxuriosa, sacrilega, scandalosaque incitatio ad venerea, quomodolibet à Confessario gerente confessarii munus erga pœnitentem facta.

Complicitad : est plurium in eodem crimine associatio, seu ejusdem criminis participatio.

Indulgencia : est remissio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus jam dimissis debitæ, concessa ab habente potestatem per applicationem thesauri Ecclesiæ.

Jubileo : est indulgentia plenaria à Summo Pontifice concessa, cum privilegio commutandi vota, vel absolvendi à censuris juxta Rescripti tenorem.

Bula de la Cruzada : est diploma Pontificium, in quo miltæ gratiæ conceduntur dantibus certam eleemosynam in subsidium belli contra infideles & hereticos.

Eucarista : est Sacramentum novæ legis institutum à Christo Domino causativum gratiæ cibativæ.

Sacrificio : est oblatio externa alicujus rei permanentis soli Deo facta, cum ejus immutatione, aut

destructione; qua significatur supremum dominium Dei, auctoris vitæ & mortis.

Misa : est sacrificium solemnè incruentum, in quo Christus Dominus offertur Deo Patri sub speciebus panis & vini consecratis.

Extremauncion : est Sacramentum novæ legis institutum à Christo Domino, causativum gratiæ remissivæ reliquiarum peccatorum post baptismum commissorum, vel in ejus receptione.

Orden : est Sacramentum novæ legis institutum à Christo Domino, causativum gratiæ potestativæ.

Ostiarato : est Sacramentum quo spiritualis potestas traditur ordinato in Ostiarium, ut possit recipere dignos, & excludere indignos ab Ecclesiæ.

Lectorado : est Sacramentum, quo spiritualis potestas traditur ordinato in Lectoram, ut possit legere lectiones sacras, & Prophetias in Ecclesia Sancta Dei.

Exorcistado : est Sacramentum, quo spiritualis potestas traditur ordinato in Exorcistam, ut possit expellere demones per exorcismos.

Acolitado : est Sacramentum, quo spiritualis potestas traditur ordinato in Acolythum, ut possit accendere luminaria, & ministrare urceolos in sacrificio Missæ.

Subdiaconado : est Sacramentum,

tum, quo spiritualis potestas traditur ordinato in Subdiaconum, ut possit portare calicem cum patena ad altare, & preparare necessaria ad Eucharistiam, & legere solemniter Epistolam in Ecclesia.

Diaconado: est Sacramentum, quo spiritualis potestas traditur ordinato in Diaconum, ut possit immediate assistere Sacerdoti pro conficienda Eucharistia, & legere solemniter Evangelium.

Presbiterado: est Sacramentum, quo spiritualis potestas traditur ordinato in Presbyterum, ut possit consecrare Corpus & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, & fideles à peccatis absolvere.

Character sacerdotalis: est signum spirituale, & indelebile impressum in anima, quo homo ordinatus in Presbyterum constituitur capax ad consecrandum Corpus & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi.

Beneficio ecclesiastico: est jus perpetuum percipiendi fructus de bonis Ecclesie propter aliquod officium spirituale, personæ ecclesiasticæ, auctoritate Ecclesie constitutum.

Esponsales: sunt mutua & liberata promissio futuri matrimonii aliquo signo expresso manifestata inter personas jure habiles.

Matrimonio como Sacramento: est Sacramentum novæ legis institutum à Christo Domino, cau-

sativum gratiæ unitivæ.

Como contrato natural: est conjunctio maritalis viri & foeminae inter legitimas personas, individuam vitæ consuetudinem retinens.

Divorcio: est legitima separatio viri ab uxore quoad torum, sive cohabitationem, manente adhuc vinculo conjugali.

Voto de castidad: est promissio deliberata Deo facta abstinendi à rebus veneris verbo, opere, & cogitatione.

Voto simple de Religion: est promissio deliberata Deo facta ingrediendi Religionem.

Parentesco: est propinquitas personarum.

Cognacion natural por linea recta: est propinquitas personarum ab eodem stipite descendentium, quarum una pendet ab alia in generatione.

Cognacion natural por linea transversal: est propinquitas personarum ab eodem stipite descendentium, quorum una non dependet ab alia in generatione.

Cognacion espiritual: est propinquitas personarum ex Baptismo, vel Confirmatione proveniens.

Parentesco legal: est propinquitas personarum ex perfecta adoptione proveniens.

Adopcion: est legitima assumptio extraneæ personæ in filium.

Afinidad: est propinquitas personarum orta ex carnali copula,

si-

sive licita, sive illicita, apta ad generationem.

Rapto, impedimento del matrimonio: est adductio violenta foeminae de loco in locum ad matrimonium contrahendum.

TOMO SEGUNDO.

PARTE III.

F*e divina*: est virtus theologica supernaturalis, qua firmiter credimus veritates à Deo Ecclesie revelatas.

Infidelidad: est non accessus ad fidem.

Heregia: est error voluntarius & pertinax hominis baptizati, fidei catholice ex parte contrarius.

Pertinacia: est voluntas resistendi, seu non subdendi suum iudicium Ecclesie, habita notitia veritatis ab Ecclesia definitæ & de fide credendæ propositæ.

Doctrina christiana: est coelestis lux illuminans hominem de rebus coelestibus.

Simbolo: est collectio credendorum per fidem, summa, brevitas & grandis.

Esperanza: est virtus theologica supernaturalis, qua speramus beatitudinem, auxilio Dei obtinendam.

Presuncion: est illa quæ quis sperat beatitudinem, tanquam debitam propriis meritis, absque Dei gratia consequendam, vel

cum sola gratia Dei, absque propriis meritis.

Desesperacion: est voluntarius recessus à beatitudine futura.

Caridad: est virtus theologica supernaturalis, qua diligimus Deum propter se, & proximum propter Deum.

Limosna: est actus charitatis, quo miseria proximi sublevatur.

Correccion fraterna: est admonitio fraterna, qua quis proximum conatur revocare à peccato.

Religion: est virtus moralis supernaturalis, debitum cultum Deo & Sanctis exhibens.

Adoracion: est actus religionis, quo Deo & Sanctis exhibetur cultus eis debitus.

Supersticion: est vana, seu falsa religio indebitum cultum Deo exhibens, vel debitum indebito modo.

Idolatria: est cultus Deo debitus, sed creature deditus.

Divinacion: est inquisitio de aliquo occulto, ope vel disciplina demonis facta.

Vana observancia: est tacita demonis invocatio, assumendo media aliqua improporcionata ad futurum eventum consequendum.

Magia: est facultas operandi mira, ope & virtute demonis per signa ab ipso instituta.

Maleficio: est ars, seu facultas nocendi aliis ex pacto expresso, vel tacito cum demonis.

Irreligiosidad: est vitium mili-

li-

litans contra reverentiam Deo debitam.

Tentación de Dios: est dictum, vel factum, quo quis explorat, num Deus aliquam perfectionem habeat.

Sacrilegio: est violatio rei sacræ.

Simonia: est studiosa voluntas emendi, vel vendendi, seu commutandi rem sacram, seu spirituales, vel spirituali annexam pro re temporalis.

Blasphemia: est convicium, seu verbum contumeliosum contra Deum, vel ejus Santos.

Blasphemia heretical: est verbum contumeliosum contra Deum, vel ejus Sanctos, continens errorem in fide.

Juramento: est invocatio tacita, vel expressa divini testimonii in confirmationem alicujus rei.

Juramento asertorio: est invocatio divini testimonii in confirmationem alicujus rei præsentis, vel præteritæ.

Promisorio: est invocatio divini testimonii in confirmationem alicujus rei futuræ.

Conminatorio: est invocatio divini testimonii, qua promittitur aliquod malum alteri.

Exécutorio: est illud quo aliquid affirmatur, vel negatur, si bi apponendo penam.

Mentira: est falsa significatio vocis cum voluntate fallendi.

Anfibología interna: est signi-

ficatio vocalis à sua generalitate contracta, præcisè per purum actum internum.

Anfibología externa: est significatio vocalis à sua generalitate contracta, non præcisè per solum actum internum, sed per aliud additamentum exterius, quod sit limitativum verborum, & significativum cum illis.

Abjuración: est invocatio rei sacræ, qua quis intendit per reverentiam divini nominis promovere alterum ad aliquod agendum, vel non agendum.

Voto: est promissio deliberata, & voluntaria Deo facta de meliori boni & possibili.

Dispensación: est annullatio obligationis voti cum rationabili causa id exigente; & vi auctoritatis ecclesiasticæ.

Commutación: est mutatio materie voti in aliam materiam, servata æqualitate morali.

Irritación: est annullatio obligationis voti, facta ab eo, qui habet potestatem dominativam, absque aliqua causa.

Interpretación: est prudentialis verborum voti intelligentia.

Odio en general: est actus voluntatis, quo volumus alicui malum.

Odio formal: est actus voluntatis, quo volumus alicui malum quatenus illi malum est.

Odio de abominación: est actus voluntatis, quo non personam proximi, sed ejus malitiam

tiam, ut nobis, noxiam aversamur.

Maldición: est verbum execratorum, quo proximo imprecatur aliquod malum.

Escándalo: est dictum, vel factum minus rectum, quod est occasio ruinæ spiritualis proximi.

Homicidio: est injusta hominis occisio.

Mutilación: est injusta membri amputatio, seu abscisio.

Duelo: est pugna inter duos ex conducto, seu ex conventionis suscepta, hoc est, designando arma, tempus, & locum cum periculo vite, aut gravis vulnerationis.

Fornicación: est concubitus inordinatus soluti cum soluta corrupta.

Adulterio: est inordinatus concubitus cum persona conjugata.

Estupro: est concubitus cum virgine, quo ejus virginitas desolatur, ipsa nolente.

Incesto: est concubitus inordinatus cum consanguinea, vel affine usque ad quartum gradum.

Sacrilegio: est violatio personæ sacræ, vel loci sacri per actum venereum facta.

Rapto: est eductio alicujus personæ, cujuscumque sit sexus, invito, vel invito ejus parentibus, facta per vim de uno in alium locum causæ explendæ libidinis.

Pecado contra naturam: est inaturalis usus venereorum.

Tomo II.

Polución: est voluntaria humani seminis effusio extra concubitum.

Sodomía: est actus libidinosus consummatus inter masculos per vas indebitum & innaturale.

Bestialidad: est coitus cum individuo alterius speciei.

Impudicicia: est peccatum luxuriae, quo quis vacat tactibus libidinosus, aspectibus, oralis & similibus, absque intentione alterius operis, seu actus consummati.

Delectación venerea morosa: est affectus simplex voluntatis de actu turpi, sine intentione efficaci executionis illius.

Hurto: est ablatio, seu detentio occulta rei alienæ, invito rationabiliter domino.

Rapiña: est injusta ablatio rei alienæ, vidente & renitente domino, per violentiam.

Compensación oculta: est occulta rei acceptio, vel retentio pecunie ex justitia debitæ alicui.

Restitución: est actus justitiæ commutative quo unicuique redditur quod suum est.

Falso testimonio: est locutio falsa contra proximum.

Juicio temerario: est assensus intellectus, quo quis ex levibus iudiciis, & sine fundamento sufficienti malum de proximo iudicat.

Sospocho: est assensus inchoatus magis inclinans in unam partem, cum formidine partis oppositæ.

Bbb

D-

Detraction: est injusta aliena fame, per verba, vel signa, occulta lesio & denigratio.

Contumelia: est injusta honoris proximi diminutio in presentia & facie ipsius irrogata.

Susurracion: est occulta oblocutio contra proximum ad tollendam amicitiam ipsius cum aliis.

PARTE IV. y V.

Jus: est legitima potestas ad rem aliquam obtinendam, vel retinendam, aut aliquam functionem faciendam.

Acusacion: est delatio rei de crimine ad vindictam publicam facta cum obligatione probandi delictum.

Dominio: est facultas disponendi de re aliqua tanquam sua.

Prescripcion: est acquisitio domini rei alienæ per possessionem ejus certo temporis spatio ex lege præscripto continuatam.

Estado religioso: est status plurium fidelium ad divinæ charitatis perfectionem tendentium, editis votis perpetuis castitatis, obedientiæ & pauperitatis, stabilis in communi vivendi modus ab Ecclesia approbatus.

Obediencia religiosa: est virtus moralis inclinans ad implendum superioris præceptum, quæ tale est.

Pobreza religiosa: est virtus temporalium abdicativa bonorum, quæ quis, nihil proprium gerens,

sustentatur de non suo.

Pobreza de Religiosos menores: est realis abdicatio omnis juris politici cujuscumque rei temporalis, tam quoad rem ipsam, quam quoad ejus usum, tam in particulari, quam in communi, propter Deum.

Apostasta del estado religioso: est criminosa & mortifera recessio à monasterio sine animo revertendi, sive dimisso habitu, sive non dimisso.

Contrato: est conventio inter aliquos invicem se obligantes.

Promesa: est deliberata & spontanea fidei obligatio, facta alteri de re licita possibili, ipsique grata.

Donacion: est datio liberalis, seu translatio domini alicujus rei in alium.

Commodato: est contractus, quo res alicui conceditur ad certum usum sine translatione domini.

Prevario: est liberalis concessio usus rei, quoadusque domino placuerit, sine translatione domini.

Deposito: est contractus, quo res alteri gratis custodienda traditur, ut eadem numero reddatur, cum à deponente repetita fuerit.

Testamento: est ultimæ voluntatis justa sententia de eo, quod de bonis suis quis vult fieri post mortem suam cum institutione hæredis.

Codicilo: est parvus codex ultimam aliquam voluntatem continens, absque hæredis directa institutione.

Legado: est donatio quedam à defuncto relicta, & ab hærede præstanda.

Mutuo: est traditio rei cum translatione domini & usus: & cum onere solvendi ad tempus in æquivalenti.

Usura: est lucrum ex mutuo immediate proveniens.

La mental: est lucrum ex mutuo immediate proveniens vi mutui sine pacto.

La real: est lucrum ex mutuo immediate proveniens cum pacto.

Compra: est traditio pretii pro merce.

Venta: est traditio mercis pro pretio.

Censo: est jus percipiendi annuam pensionem ex re, vel persona alterius.

Cambio: est commutatio pecuniæ pro pecunia.

Cambio seco: est quando fingitur solutio faciendi alibi, sed revera fit in eodem loco.

Contrato de compañía: est conventio duorum, vel plurium conferentium suam pecuniam, vel industriam, vel laborem, vel rem aliam pretio æstimabilem ad commune lucrum.

Monopolio: est machinatio unius, pluriumve mercatorum in

unum simul conspirantium, ut ipsi soli vendant, aut emanent mercem pretio, quod voluerint.

Mohatra: est contractus, quo quis emit credito, & pretio supremo merces à mercatore, eaque eidem retrovendit pretio infimo.

Anticrisis: est contractus, quo convenitur ut creditor utatur hypotheca, v. g. agro, vinea, &c. & fructus inde tamdiu lucretur, donec debitum restituitur.

Locacion: est traditio usus rei sine translatione domini ad tempus pro aliquo pretio.

Enfitensis: est contractus rei immobilis concessæ alicui, quoad utile, vel indirectum dominium, retento dominio directo apud concedentem, cum onere solvendi pensionem certis temporibus domino proprietario.

Feudo: est contractus rei immobilis concessæ alteri quoad dominium utile, vel indirectum, retento dominio directo apud concedentem, cum onere non aliquid solvendi, sed exhibendi domino fidelitatem, & obsequium personale.

Prenda: est contractus, quo alicui res traditur ob majorem crediti securitatem.

Fianza: est alienæ obligationis in se susceptio qua quis se obligat ad eam implendam, et debitor principalis non solverit.

Juego: est contractus, quo

Ebbb z lu

ludentes res suas periculo exponunt propter spem acquirendi rem alterius.

Apuesta: est contractus, quo duo, vel plures de veritate, vel eventu alicujus rei contententes, sibi in invicem aliquid spondent, ut sit illius, qui veritatem fuerit assecutus.

Ayuno eclesiastico: est abstinentia à carnibus, & unica comestio.

Colacion: est levis refectiuncula ex consuetudine ob virium debilitatem, & ne noccat potius, introducta, & ab Ecclesia benigne permessa.

Ayuno de dispensacion: est voluntaria carnis maceratio per privationem ab Ecclesia determinatam secundæ comestionis & ciborum, videlicet piscium tantum.

Ayuno de privilegio: est voluntaria carnis maceratio per privationem ab Ecclesia determinatam secundæ comestionis & ciborum, videlicet carnis tantum citra necessitatis dubium ab utroque Medico approbatum.

Diezmo: es quota bonorum debita ministris Ecclesie in ipsorum subsidium & sustentationem.

Oracion: est elevatio mentis in Deum.

Oficio divino: est laus Dei voce expressa, per institutionem Ecclesie determinata.

PARTE VI.

Censura: est poena spiritualis & medicinalis fori exterioris Ecclesie, privans hominem baptismatum usu aliquorum bonorum spiritualium, ut à contumacia desistat.

Deposicion: est poena, qua Clericus privatur omni officio & beneficio eclesiastico in perpetuum absque spe restitutionis, rénto privilegio clericali.

Degradacion: est poena qua Clericus, non solum privatur omni officio & beneficio eclesiastico, & omni privilegio clericali in perpetuum, verum etiam extra statum Clericorum ejicitur & potestati Seculari traditur.

Excomunion: est censura eclesiastica, qua homo baptizatus bonis fidelium communibus privatur.

La mayor: est censura eclesiastica, qua homo baptizatus privatur consortio fidelium, participatione activa, & passiva Sacramentorum, atque communibus Ecclesie suffragiis.

La menor: est censura eclesiastica, qua homo baptizatus privatur participatione passiva Sacramentorum, & electione passiva beneficii eclesiastici.

Suspension: est censura, qua Clericus privatur ad tempus usu officii, vel beneficii eclesiastici.

En-

Entredicho: est censura eclesiastica, qua prohibentur aliqua Sacramenta, divina officia atque sepultura eclesiastica.

Irregularidad: est inhabilitas, seu impedimentum canonicum impediens susceptionem primæ tonsuræ, ordinum minorum & sacrorum, & susceptorum usum.

PARTE VII.

Denunciacion: est manifestatio criminis proximi facta superiori.

PARTE VIII.

Predicacion evangelica: est oratio, seu discursus ad populum, constans ex voce, vel pluribus propositionibus ad illuminandum intellectum de rebus ac mysteriis Fidei, & inflammandum affectum, ad faciendum bonum, & vitandum malum pro vita eterna adipiscenda.

Sagrada Escritura: est verbum Dei scriptum à sacro Scriptore, inspirante & dirigente Spiritu Sancto in singulis sententiis & verbis, ab Ecclesia approbatum, & ad utilitatem communem promulgatum.

Sentido genuino de la Escritura: est veritas illa, quam verba sacra, litteris consignata, ex intentione Spiritus Sancti immediata, vel mediata significant.

Tradicion: est doctrina viva voce saltem à principio accepta, & successione continua à majoribus in posteris derivata.

Concilio: est congregatio personarum ecclesiasticarum, præsertim Episcoporum, auctoritate legitima facta, ad hoc ut sententia simul in unum collectis, decernatur, quid sit sentiendum, aut stabilendum in negotio fidei, aut morum.

Retórica: est ars bene dicendi de rebus divinis, ex divinis litteris collecta, & ad hominum salutem, sive Ecclesie perfectionem ordinata.

La humana: est ars bene dicendi de rebus humanis.

Invention: est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quibus, vel certum, vel saltem verisimile reddatur id, quod orator probare contendit.

Disposicion: est rerum inventarum in ordinem redacta distributio.

Elocucion: est idoneorum verborum, & sententiarum ad res inventas accommodatio.

Memoria: est inventarum rerum, ac verborum firma perceptio, vel recordatio.

Pronunciacion: est corporis & vocis ea moderatio, quam res inventæ, ac verba requirunt.

APEN-